

1479. medijs Novembris. Ex Orig: Arch: Regni.

491.

Kazimiri regis super debito centum
aureorum Nicolao de Surozwanki
exolutorum.

117

Kazimirus Dei gratia rex, Polonia, Magnus
Dux, Lithuania, Russia, Prussiaeque Domi-
nus et haeres etc Significamus tenore pre-
sentium universis recognoscentes. Quomodo in-
cumbente nobis et Republica necessitate
non mediocri apud generosum Nicolaum de
Curozwanki capitaneum Schidlomeum centum
Florenos Hungaricales puri auri, veri et ju-
sti ponderis recepimus et levavimus in effe-
ctu, de quibus quidem centum florenis ipsum
Nicolaum assecuritur, cupientes ipsos sibi
pro die et festo Sancti Martini pro-
xime futuro, verbo nostro regio solvere
plenarie promittimus, et presentibus pol-
licemur. Harum quibus sigillum nostrum
est subappensum testimonio literarum.
Datum in Nova Civitate Kercayn feria ter-
tia proxima ante festum Sanctae Elisa-
beth. Anno Domini Millesimo quadringen-
tesimo septuagesimo nono.

Stanislaus Cancellarius subscripsit
Relatio Venerabilis Stanislai de Suro-
zwanki Regni Poloniae Cancellarii.
Ja Kopia z Orzginatu pergaminowego anni
wilaocznego, przepisana dnia 2go Mierziaka Maja
Rz 1785. Dd Ktorogo pierzei Oderwana.

1479. *[Faint, illegible handwriting]*
[The rest of the page contains several lines of extremely faint, illegible cursive handwriting.]